Epistola 310. [299 struck through]

GULIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEJUS.

Mi charissime gener.

~~Ho~~

Quod R. Paradis incipit rursus prodire in publicum, gratulor. Deus faxit, ut inter homines agamus sine scandalo nostro et aliorum. Quod attinet vocationem Zirizaeanam quid tibi sperandum sit, nescio. Nuper erat meum aliquis Bredanus, qui studuerat apud affinem suum Blasthardum prope Bredam. Is tamen à D. Hoornbeeck testimonium acceperat. Bis dixit coram me, se pinguioris testimonii; quod tamen non accepit. Significabat is mihi in colloquio, affinem suum magnam spem habere vocationis Zirizaeandae. Ego video, in vocationibus illis parum esse recto judicio. Pueri sunt, qui docentur, qui vocant. Suis affectionibus et commodis moventur.

†casus

Fere est מקרה, quomodo quis locum sortiatur. Hoc in loco quid agatur, nescio. Fuit heri Jos. Capelle Bri[e]lanus. Parentes epulum dederunt. in quo et D. Krgens fuit. Uxor illum Capelle valde laudavit uxori meae. ~~Sunt~~ Sunt, unus, alter, qui mihi dicant, quoties tuus nomen veniat hac? Vander Hagius ante biduum mihi dixit, se scripturum ad D. Hubert pro te. Is simul dicebat, se cupere te audivisse. Nam ita solere fieri, si quem commendes, uti dicatur: Audivistine? Incipio cognoscere, quot in nostro ordine sint, qui habeant, quos promotos velint. Ego neminem, nisi Vanderhagio. unus sum loqui. qui mihi familiarissimus manet, ut solebat. Etiam novit, si meum audire. Studiosi eum magni faciunt. Et revera superat spem meam. Meis utitur, sed ut suis, non ut fur. Sed, quod meum est, cogita, an non hoc rursus mihi invidiam faciat. D. Wittei incipit paululum ad nos accedere. Audivi eum praeceptum de Sabbato nostro more explicavit. Mareschal, quantum scire possum admissus est. Nullam in eo observari tristitiam. In epist. ad Galatas c. 3:13. κατάρα maxime intelligitur, qua etenus ab ea etiam fideles et justi liberandi erant. Etiam justi crucifixi fiebant κατάρα, quia Deus volebat id supplicium esse commonitorium peccati, nempe quod omnis mors à peccato esset, et quod usque ad crucifixionem non-peccatoris maledictioni non esset satisfactum. Ergo, ut lex, κατάκρισις, ὀργὴ, ~~ita~~ קֶצֶף Es. 54:8. ita κατάρα dicitur, propter aliquem affectum, quem habet lex et κατάρα in fidelibus nondum expiatis, ut in iis sit ἀνάμνησις τῆς ἁμαρτίας. Nunc etiam manet mors et suspendium, et quidem à peccato, sed non ut ἀνάμνησις τῆς ἁμαρτίας, nempe sacrificium desiderantis. Haec te explicasse in Petrino memini. In epistola ad Romanos à Paschate nihil profectum est. Saepe indignor. In Lexico versor in צ. Amsterodamo heri nunciatum est, in catalogo Libitinae praecedenti septimana 126. minus fuisse eos, qui praecesserant. Doleamus. Deus vos custodiat. L. 16. Junii. 16[illegible]

Uxor in proximum Sabbatum sibi parari duo vasa [illegible] ... [illegible], D. V. [illegible] proximo. Vale te Luter[illegible].

Reverendo et doctiſsimo
Viro D. Guilielmo
Anslario V.D.M.

Biervlingen.

Middelburch ten
huyſe van M. H.
Jacobus Anslaar
prædicant.